

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus qui intitulatur Fedus christianu[m]

Alantsee, Ambrosius

Augustae Vindelicorum, 1504

VD16 A 1215

Fedus christianum

[urn:nbn:de:bsz:31-309435](#)

Fedus christianum

Lapitulum primum de pace mala

Dolor mala est pars peccatorum qui in rebus malis et
in peccatis quietem et tranquillitatem querunt: ac
sibi ipsis consciuntur. Qui dicunt par Pax: et non
est Pax. Quia non est Pax in Ipsi dicit dominus: Zelau
super iniquos (inquit psalmista) pacem peccatorum videntes.
Benedictus redemptor noster, de hac pace loquens ait:
Molite pugnare, quoniam veni mittere pacem in terram: sed
gladii. Hieronimus: Bellum bonum missum est, ut rumpa
tur pars mala. Hanc pacem peccatores querunt

Quidam in terrenis diuicijs:

Quidam in carnis delicijs,

Quidam in mundanis fastigijs,

Quidam in vulgaribus amicijis.

Et quidam in quibuslibet alijs facinoribus:

Primo hanc pacem quidam querunt in terrenis diuicijs:
ut auari. Sed profecto hec Pax semper cum conscientia litigat: et iugiter in homine interiori rixatur. Etiam si careat
hoste cum quo exterius decertet. Quia grandis ardor inept
in acquirendo. Ingens labor in discurrendo: Timor for
midolosus in possidendo. Decors dolor in amittendo.
Anxietas multa in relinquendo diuicias. Timet auarus pot
tentem ne rapiat. Pauperem ne furetur ac subtrahat. Vir
mem aut tineam ne corrodat. Incendium ne consumat. Ibi
nulla est Pax vera atque tranquillitas, ubi mens nunquam sine lo
licitudine vigilat: neque corpus vera somni suavitatis recreat.
Hec copia terrena appetitum faciat ac terminat. Unde iu
uenialis. Crescit amor nummi, quantum pecunia crescit.
Avarus enim nunquam implebitur pecunia. Sed continuo
amore habendi cruciat. Eo quod ignis in eo flagrat qui nunquam
dicit sufficit. Nam anima dei capacem, quodquid deo minus
est, implere non potest. Immo (sicut dicit augustinus) egestas est
omnis copia, que deus non est. Unde non in diuicijs, sed
in deo est Pax vera. Secundo quidam homines mun
dani querunt hanc pacem in carnis delicijs ut voluptuosi,
sed non inueniunt. Habet enim hoc omnis voluptas. Q
ui stimulis agit frumentos. Aculeus sub melle latitat. In appre
hensione viget anxietas. Et penitentia habet saetas. Ibi vel

Psalmi
ita:

Hiero.

Juvena
lis

Augu.

Capitulum primum

la requies, nulla vera iocunditas. More brutorum voluptuos
si lascivunt discentis ventribus. Sed eorum voluptates
turpes habent exitus. Plures enim sicut augusti, crapulae q̄ Augus
gladio moruntur. Hinc est q̄ in ecclesiastico scribitur, ppter Augus
crapulam multi pericuntur. Et cum tales dixerint pax et secu
ritas, repentinus eis superueniet interitus. Non enim vt
sit apostolus ad ro. viii. 3 regnum dei esca et potus, sed pax
et gaudium in spiritu sancto. Sic tractandum est corpus ut
seruiatur non nutriendum ve lasciviat aut rebellet. Qui seruum
suum delicate nutrit, in fine sentiet eum contumacem. Ha
benda est cura carnis in necessarijs, sed non est fouenda in
desiderijs. Verū exercenda est salubribus disciplinis. Libus
quanto honestius et ordinatus ingeritur, tanto facilius di
geritur, et corpus dulcissimum sopitur, et somniorum honestas
exoritur, cum minoris afflictionis tecido surgitur, robustius
exalaboratur. Tunc et pax atq; tranquillitas mentis et mem
brorum ex sobrietate ac parsimonia nascitur. Sed crapula,
ebrietate, atq; lascivia pax ista perturbatur et eliminatur.
Tertio homines mundani querunt hanc pacem in terrenis
fastigijs et honoribus, ve superbi: Semper enim ut cancer
serpit ambitio Quia crescente tanto longius a pace se homo
reperit, quanto magis in mundanis honoribus desiderium
suum figit. Ad verum honorem et pacem ille facilius per
tingit, qui pro deo omnia spernit. q̄ is qui amictuosa via
circuens mendicat suffragia, ut ad optatam pueniat digni
tatem. Quia etiā adepta nec pax, nec mentis quietudo sequi
tur. Quoniam hi tales non salutem corporalem aut spiri
tualem, aut quietum atq; pacificum convierunt subditorum
querunt. Nec verbo bone doctrine, nec exemplo irreprenen
sibilis vite. Nec cōsilio, nec subsidio subditos, sed seipso pa
scit Ioseipis pacem nō habet. Nec in aliis pacē souent. Quia
via pacis nō cognoverunt Sed cōtrito et infelicitas in vijs
eoyet nō est timor dei ante oculos eoy. Qui reuera ad hono
res minime current, si timore dei ante oculos haberent: Et
terreret eos mentis impuritas, pria imbecillitas Et oneris
difficultas. Nam qui principatum in terris querunt, et ma
gis preesse q̄ prodesse cupiunt, nō pacem sed confusionem
in celo inueniunt. Et ad confusionem tartaram currunt.

s. iiiij

Fedus christianū

Quia non ex deo sed ex seipsis regunt. Cum tamen ambitio honores possidere non debent: Et neminem honorem assū mere nisi qui ut garon a deo vocat apostolus paulus inbeat.

Quarto banc pacem malam quicdam querunt in vulgaribus amicis. Sed hec pax sophistica est: Quia amicitiales fortuna accedente accedunt, fortuna recedente recedunt.

Hanc pacem christus arguit, quando per os daniel propheta dixit. Homo pacis mee in quo sperabam, magnificauit super me supplantationem. Et iterum. Nichi quidem pacifice loquebantur et in iracundia terre, id est terrena loquentes dolos cogitabant: Huius loquuntur pacem cum proximo suo; mala autem in cordibus eorum. De his fictis et sophistica amicis, mala pace copulatis dicit Ier. ix. Sagitta vulnerans lingua eorum. Volum locuta est: In ore suo pacem cum amico loquitur: et occulte ponit ei insidias;

Quinto banc pacem aliqui querunt in quibuslibet alijs fascinoribus. Sed hec pax diabolica est: Quia emulatores pacis huius instar diaboli letantur cum maleficerint et exultant in rebus pessimis.

Non enim est pax impiorum dicit osis Isaie. xlviij. Corruptam namque talium mentem vici, quam remordet ingiter conscientie vermis: pacem habere et in pace quiescere, impossibile est. Et tamen ceci tot tantisque malis culpe pressi, in suis sceleribus putant se pacem habere. Sed quomodo pacem habet, qui gladium in corde cauteriate conscientie portat: Qui in spinis pungentium peccatorum iacet: Cuius lectus plenus est serpentibus venenosis: Qui inter leones et dracones versatur: Qui latrones habet in domo: Qui suos hostes scuissimos sentit contra se crudelissime furentes: Qui videt gladium ulcionis divinae vibrare super se. Et horrendam foveam abyssalem igne et sulphure succensam ad absorbendum parata infra se: Quomodo talis pacem habebit, qui deo pacis auctori resistit. Quis ei restitutus inquit Job. iii. ca. 1 et pacem habuit? Gregorius ait. Pernera mens unde contra se auctorem erigit, inde se in semetipsa confundit. Que habere pacem resistens non potest. Quia dum superbiam confusio sequitur, quod stulte per culam geritur, in agentis penam mirabiliter ordinatur. Hanc pacem malam populus christianus roseo cruce ieso

Job. iii. c.
Grego.

Lapitulum secundum

christi mercatus, in vna sancta ecclesia dei et fide catholica
vmitus, ingiter sequitur. Et ideo deflende et miserabiliter
mutua et continua cede trucidatur. Nulla protectione ab
alto contra feritatem infidelium iuuatur. Sed in continua
seruitutem, et misera captiuitatem redigitur. Et regio chris-
torum ense teucorum depopulatur. Hanc calamitatem
Jeremias propheta defleuit atq; deflendam monstrauit, qm seremias
ca. ix. dixit. Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fon-
tem lacrimarum. Et deflebo die ac nocte imperfectos popu-
li mei. Si fideles atq; christiani malam ac falsam pacem abi-
cerent. Et in vera caritate ac pace firma se conglobarent.
nemo ambigat quin contra infidelium immanitatem ab al-
tissimo (a quo solo est vera victoria) auxilium efficaciter sen-
tirent; protectionemq; experientur:

Capitulum secundum de malis que
pacem nostram perturbant.

Decem christianam et signanter cordis internam
quinq; mala potissimum perturbant. Scz.

Motilis malignitas.

Penalis aduersitas.

Peruersa societas.

Status nostri dubietas.

Et affectionum varietas z.

Primo pacem nostram perturbat hostilis malignitas. Nam
demones de statu pacis et felicitatis electi, pacem nostram mul-
tipliciter perturbare moluntur. Hinc est q; j. pe. v. dicitur. j. pe. v.
Aduersarius yr diabolus tanqm leo rugiens circuit que-
rens quem deuozet. Qui (vt inquit psta) insidiatur in ab-
scondo quasi leo in spelunca sua. Et ideo nobis necessaria
est strenuitas ad defendendū. Quoniam (sicut dicit lu. xi.) Lu. xi.
cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt ea que
possidet. Idecum vir iustus, fortis per gratiam, armatus
virtutibus, custodit atrium cordis sui, ne ex aliqua sui parte
diabolus ingressum inueniat. Tunc in pace sunt ea que possi-
det, tā spūalia q; temporalia, potissimum tñ spūalia que sunt
vera aic possessio. Sic q; ppe armat bestia terre idest diabolus

Fedus christianum

Iob. v.

En grego. nō formidabis: vt dicitur iob. v. Sed bestie terae
id est demones pacifice erunt tibi Non q̄ pacē habeant tecū
Aut tu cū cis Sed quia pacem tuam cum deo faciunt Wo-
stes qđem callidi. du insidianē affligunt: Sed mens afflita
tanto magis ad eternam patriam redditum dirigit. quanto
in hoc crumno exilio laboriosius viuit: Et eo amplius se
grē adiutrici humiliat q̄nto hostium insidias acriores pen-
sat: Inde ergo nobis pax cum deo robustior oritur vnde
nobis ab aduersarijs durior pugna generat: Et tanto am-
plius infurmantur. quanto virilius eis resistitur: Qui licet
principes tenebrarū harum dicantur. fragiles tamen sunt.
quia nemo nisi volens ab eis superatur. Vnde de pugna

psalmi.

Apls

tore invicto aduersum eos psalmista ait: Ad nichilum de-
ductus est in conspectu eius malignus Id est diabolus.
Arma autem quibus contra demones pugnare debemus.
vt ad cupidam pacem perueniamus. non carnalia. sed spiri-
tualia sunt. Vnde doctor gentium paulus aduersum eos
pugnare nos docet in celestibus et in christo: Dicit enim
Ad ephe. vi. Confortamini in domino. et in potentia virtu-
tis eius: Induite vos armaturam dei. vt possitis stare ad-
uersus insidias diaboli: Quoniam non est nobis collectio-
tio aduersus carnem et sanguinem. scilicet tantum. sed ad-
uersus principes et potestates: Aduersus mundi rectores
tenebrarum harum: Lōtra spiritualia nequicie: in celestibus.
Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in
die malo: Et in omnibus perfecti stare State ergo succincti
lumbos vestros in veritate: Et incluti loricam iusticie rē.
In omnibus sumentes scutū fidei. In quo possitis omnia
tela nequissimi ignea extinguere Et galeam salutis assumite
Et gladium spiritus Quod est verbum dei: Per oratio-
nem et obsecrationem. orantes omni tempore: in spiritu rē.

Secundo pacem nostram perturbat penalis aduersi-
tas: jeremie. viij. Expectauimus pacem et non erat bonum:
tempus medele. et ecce formido: Vnde de falsis prophetis
q̄ populu se ducebant dicitur ibidem Sanabant contritio-
nem populi mei dicentes: Pax: pax: cum non esset pax: Ad
hoc autem vt homo possit in aduerlitatibus huius mundi
pacem habere. necessaria est pacientia ad sustinendum: vt

Lapitulum secundum

inter fluctus pelagi, navis cordis inconcussa permaneat, et
quieta: Vnde iob in multis tribulatōibus existenti dictū
est Adquiesce ei scilicet deo Et habeto pacem. Et per hoc
babebis fructus optimos, scilicet beate pacientie: Quia ho-
mo vincit se ipsum et lucratur regnum celorum Melior em̄
est paciens viro forti: Et qui dominā animo suo expugna-
tore urbium: Quia patiens ad pacem pertingit perpetuam
et violentia quadam, qua violentat et superat seipsum, in-
greditur regnū celoz: Nec pfecto est illa violentia de qua
saluator in euangelio dicit: Regnum celorum vim patitur,
Et violenti rapiunt illud: Zelosus ille jeremias inter turbis
nes seculi huius affectuosam desiderans habere pacem ad
dominū clamabat: Innoua dies nostros, sicut a principio.
Boecius de consolatione pbie laudans tpa primeua quie
atqz pacifica, dicit: Felix nūm prior etas contenta fide-
ibus artis. Et infra: Non odijs acerbis crux esfusus,
horrida tinxerat arma: Erant enim tunc mundi et diuicia-
rum contemptores in seculo: Vnde de eis subdit: Quid em̄
furor hosticus vellet prior arma vlla mouere. Cum vulnera
seua viderent: sed homines illius temporis: Nec premia
sanguis vlla. Utinam modo nostra tempora redirent in
mores priscaos rc. Tertio pacem nostrā perturbat per-
uersa societas: Ex coniunctu enim formantur mores: Cum
sancto sanctus eris (inquit p̄sta) et cum viro innocentē p̄s:
innocens eris: Cum electo electus eris, et cum peruerso
peruerteris: Cum rixoso rixosus, cū luxurioso luxuriosus,
cū pacifico pacificus efficeris: Ideo roboam maiorem par-
tem regni sui perdidit. Quia mala societate, malisqz consili-
ariis comitatus fuit. Quarto pacem nostrā perturbat
status nostri dubietas: Mortaliū enim cogitationes timide
suntet incerte, pudentie nostre: Et nescit homo an amore
vel odio dignus sit. Hinc est qz zacha, viij. dicitur. Neqz in-
troiunt scilicet in mundum, nec exiunt vedelicet de mun-
do, erat pat. scz cordis, propter incertitudinem status sui:
In spe tamen nobis viuendum est: Que nō confundit: Que
est certa expectatio future felicitatis ex meritis et gratia diu-
na proueniens: Et tunc si pacem nostram perturbat timor,
erigat tamen nos diuinus amor, Donec veniamus ad pas-

Fedus christianum

Iriam celestem. In qua timor exultat et amor pacem intermis
nabilem perficit ac firmat. Quinto pacem nostram per
turbat affectionem varietas. Emuero nunc bene alijs impatet
pacemq; aliorum procurat qui in seipso non est pacatus, et
in malis eius affectionibus mortificatus. Sed aut amos
remordinato. Aut odio. Aut prece. Aut pccio, a tramite equi
**De sapia
eterna** tatis est flexibilis. De sapientia eterna que nobis in extremo
plum proponitur, que a fine usq; ad finem attinet fortiter
et disponit omnia suauiter. Scribitur q; omnia cum tranquillitate iudicat. In quo docentur rectores orbis ut studeant
se in seipsis pacare et motus carnales et bestiales restringere et refrenare, ita ut in eis nec regnet superbia, aut vanagloria. Nec ambitio, neq; presumptio. Non tabescant inuidiae, nec turbentur iracundia. Non torpescant accidia, aut negligentia. Non fedentur cupiditate aut luxuria. Tollerent in se ipsis mortificati, et pacificati, scientes seipos regere, possunt
alijs iuste imperare, et pacem aliorum salubriter procurare. Nam sicut pater familias domum suam visitat, ne latro laetatur, ne ignis noceat, ne aliquid in honestum aut illicitum in ea fiat. Sic vir iustus, conscientie sue sedulus explorator, debet omnes cordis sui vias et motus perquirere et similes regulas se rite in deum et in seipsum, atq; in proximum ordinare. Et tunc valet pacem multam aliorum procurare. Quicquid enim hanc regulam secuti fuerint, Pax super illos et misericordia. Hac via pacem inquire, et perseguere com. Qui etenim querit inuenire.

Capitulum tertium de pccae bona,
que est actus interior caritatis.

**Prosper
describit
caritatem**

Decis bone prestantia ex eo claret quia constantissime virtutis caritatis est copulata et ex ea nascitur, sicut actus ex habitu. Unde ex excellentia caritatis patet excellentia pacis. Nam deus caritas est Deus etiam pax nostra est. Est autem caritas sine qua vera pax haberi nequit ut dicit Prosper de vita contemplativa. Recta voluntas ab omnibus terrenis et presentibus proposita aversa, Deo inseparabiliter iuncta. Ardore quodam

Capitulum tertium

spiritus sancti a quo est, et in quem refertur ignita atq; incensa. Inquinamenti ois extranea. Corruptionis nescia. Nulli vito mutabilitatis obnoxia. Super oia que carnaliter diliguntur excelsa. Affectionū omnium potentissima. Divine cōtemplationis auida. In omnibus semper invicta Bonitatis actionum summa. Salus morum. Finis celestium p̄ceptoriū. Mors criminū. Vita virtutū. Virtus pugnatiū. Palma victor̄. Arma sc̄tā mentis. Causa meritor̄ bonoꝝ. Premiū p̄fectorum. Sine qua nullus deo placuit. Cum qua nemo peccare, aut deo displicere potest vel potuit, fructuosa in penitentibꝝ. Leta in p̄ficienibꝝ. Gloriosa in p̄seuerātibꝝ. Victoriosa in martyribꝝ. Operosa in omnibus fidelibꝝ. Ex qua qdquid est boni opis, viuet. Hec est illa via quā excellentiorem nominat ap̄ls. Cum enim sanctissimus pauperis multa spiritus sancti dona enumerasset, ait. Emulamini carismata meliora, et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Demonstrat autem caritatem; quam perfert cunctis bonis oris, cordis, et operis. Primo ostendit caritatem excellentiorem cunctis bonis oris: sine qua etiam non valeat bonum oris. Onde, i, ad corin. xiiij. dicit. Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autē non habeā, factus sum velut es sonans, aut cymbalum tinniens. Secundo ostendit caritatem excellentiorem cunctis bonis cordis sine qua etiam nulla sunt bona cordis. Onde vbi sup̄ dicit. Et si habueris prophetiam respectu futurorū: et nouerim oia misteria respectu preteritor̄, et omnem scientiam, respectu presentiū. Si omnem fidem ita ut montes transferam respectu eternorum et miraculorum, caritatem autē non habeā, nichil sum.

Tertio ostendit caritatem excellentiorem cunctis bonis operis. Sine qua etiam infructuosa sunt bona opis. Nichil enim fructuosius q̄ omnia bona pro christo erogare: nichil utilius q̄ p̄ christo se morti tradere. Et tamen ista sine caritate nichil profund. Onde ap̄ls vbi supra dicit. Et si desideri buero in cibos paup̄um omnes facultates meas: et si tradidero corpus meū ita ut ardeam, caritatem autē non habuero. Nichil michi prodest. Obi glo.. Attendite quante virtutis Glosa sit caritas, que si desit, frustra habentur oia alia. Si autē assit, habentur oia. Quam dum quis habere incepit, mox spiri-

Apls

b j

Fedus christianum

tūscm habebit. Nec tantū bonis oīs, corādis, et opīs, caritas est p̄stantior sed etiā singulis virtutib⁹ tam theologi, eis q̄j moralibus. Quia est forma om̄is virtutū. Per eam em̄ oīs virtus viuit. Sine ea oīs virtus mortua est. Sicut nāq̄ corpus viuit p̄ animā. Et aīa viuit per deū ⁊ eius ḡam. Sic omnis virtus viuit p̄ caritatem. Anima subtracta moritur corp⁹. Gratia subtracta moritur aīa. Sic caritate subtracta oīs virtus moritū am̄oralis: q̄j theologica. Et primo quidem p̄stantior est virtutibus theoricis sine theologicis, que ordinat hōiem ad dēū. Quia fides in dēū dirigit. Spes ad dēū erigit. Caritas vero vniūt, ac vnum cū deo facit, qđ maius est. Vnde apl's. Hunc autem manent tria hec, fides, spes, et caritas. Maior aut̄ horum est caritas. Secundo p̄stantior est virtutibus moralibus, vel politicis. Quia oīs virtus moralis vnicū actum speciale habet. Caritas vero actus quarumlibet virtutū excellit et in se continet. Qđ ostendit apostolus cū dicit. Caritas patiens est. Benigna est. Non emulatur, idest non inuidet. Non agit perperam. Non irritatur. Non est ambiciosa. Nō querit que sua sunt. Non cogitat malū. Nō gaudet sup iniquitate. Longaudet aut̄ equitati. Dia suffert. Dia credit. Dia sperat. Sine caritate omnis diues est p̄ aup. Cum caritate oīs paup est diues. Qui caritatem habet, dēū oīa habentem habet. Et ideo in dēū oīa possidet. Qui caritate caret deo caret. Et ideo nichil habet. Est aut̄ caritas ceteris virtutib⁹, donis, ac grācijs dei, maior sīm̄ bonauer, quadruplici ratione. Quia est

Caritas
maior est
ceteris v-
ritutibus

Dignitate sublimior,
Comprehensibilitate capatior,
Virtuositate potentior,
Et diuturnitate permanentior,

Primo caritas maior est. Quia dignitate ac nobilitate est sublimior. Est enim principium oīs meriti. Et finis ac plūmatio oīs divini p̄cepti. Vñ apl's ad col. ij. dicit. Super oīa caritatem habete, que est vincula p̄fectōis. Et, ad Timo. j. finis p̄cepti est caritas, de corde puro, p̄scientia bona, ⁊ fide nō ficta; Sed finis est nobilit̄; hijs que sunt ad finem. Vñ scire q̄ntę dignitatis sit caritas. Deus (inquit sc̄ns iobs in vna ep̄lari suar̄) caritas est. Et ideo nichil caritate nobili⁹.

Ad col. ij.
ad timo.
i.
iobis in
cano

Lapitulum tertium

Et qui manet in caritate in deo manet. Ergo nichil caritate
securius Et deo in eo manet. Ergo nichil caritate iocundius.

Secundo caritas maior est Quia est apprehensibilitate ca-
pitor. Quidqd em dicit. quidqd precipitur. qdqd scribitur.
in sola caritate ppletur. Unde aug. Divinar scripturarum mul-
tiplicabundantia. latissimam doctrinam sine errore pro-
plicet et sine errore labore custodit. cuius cor plenum est caritate

Aug.

Dicente aplo. Plenitudo legis dilectio. Totam magnitudinem Apls

divinorum eloqorum secura posidit; caritas. qd dei primusqz diligimus. Doceat enim celestis medicus nos et dicit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ceterum. Et primus tuus sic teipm. In his duobus preceptis tota lex pendet et apostolus. Si ergo non vacat oes paginas sacras percuti. oia involuta sermonum euoluere oia scriptorum secreta penetrare. tene cari-
tatem latissimam. In qua pendent oia. In ea tenebris qd didi-
cisti. tenebris etiam qd non didicisti. Et in eo qd in scripturis

intelligis. caritas patet. In eo qd non intelligis caritas latet.

Ille itaqz tenet et qd patet et quod latet in divinis sermoni-
bus. qui caritatem tenet in moribus. propter hanc caritatis

amplitudinem deus (fm aug. de doctri. chri.) nil aliud qz
caritatem precipit. Que tante capacitate est. qd bonum appre-
hendit immensum. Et quodam modo intra se bonum claudit

Aug.

eternum. Ob hanc caritatis latitudinem. monet nos apls
ad ephe. iii. dicens. In caritate radicati et fundati. Ut possi-

Apls

tis apprehendere cum omnibus sanctis. que sit longitudo.
scz diuine patientie. peccatores ad penitentiam expectans.

Latitudo. scz diuine misericordie peccata condonans. Sub-
limitas. scz diuine gratie. Iustos promans. Et profundum. vi-

delicet diuine iusticie. reprobos condemnans. Tertio caritas
maior est: Quia est virtute potentior. Caritas enim ostenditur.
qsi possit aliquid supra omnipotentem. Quia enim de celis traxit.

Invisibilis. nobis visibilem fecit. Et in passibilem passioni
supposuit. Nam sicut magnes attrahit ferrum. sic caritas de celo
traxit dei filium. Unde. s. iobis. iiiij. dicit. In hoc apparuit

caritas dei in nobis. qm vni genitum filium suum misit in mundum
ut vivamus per eum. Tante virtutis est caritas qd traxit

dei filium de mundo ad crucis patibulum atque ad sepulcri latibulum.
Prima iobis. iiiij. In hoc cognovimus caritatem dei. qm

b 4

Fedus christianum

animam suam, id est vitam, pro nobis posuit. Tante virtutis tatis est caritas quae hoies de mundo trahit ad celum. Unde idem iohannes ait. Videte qualiter caritatem dedit nobis deus, ut filii dei nominemur et simus. Si autem filii (inquit apls) et heredes, Heredes quidem dei, coheredes autem christi. Non quidem regni terreni. Quia regnum eius non est de hoc mundo. Sed regni celestis. Caritas itaque virtute sua habet virtutem.

Purgatiuam, contra peccatum.

Inflammatiuam quantum ad effectum.

Divisificatiuam et perfectiuam quantum ad motum

Sublimatiuam. Dum infima leuat sursum,

Et inclinatiuam. Dum summa inclinat deorsum.

Caritas maior est ceteris virtutibus, donis et gratiis. Quia est diuturnitate permanentior. Durat enim sine fine. Scilicet apostoli nomen euacuanda est fides. Lui succedit visio. Euacuanda est spes. Lui succedit tentio. Lessabit proprie. Et breuiter euacuandum est quicquid imperfectum est. Caritas autem euacuanda non est, sed plenum. Unde apostolus dicit. Caritas nunc excedit. Sed incipit in via et perficitur in patria. Obiam suauiter, incessanter, et interminabiliter exurit. Et deo inseparabiliter copulat et unit. Nulla tribulazione costringit. Nulla vetustate plenum. Nulla aduersitate obruitur. Qui ut dicit cantus, viii: fortis est ut mors dilectio. Quia per triuam habere suadet sanctus petrus. Eo quod operit multitudinem peccatorum. Cum itaque pax vera ex caritate scaturiat. Sicut actus ex habitu. Et cum talis, tantaque sit caritas, tene caritatem, sine qua non potes possidere veram pacem. Cum qua non valeas amittere pacem.

Capitulum quartum, quod pax inter octo beatitudines est una et precipua. Et etiam est fructus spiritus:

Dicit auctor christi iesus, ab exordio doctrine sue volens suos alumnos retrahere a regno terreno; et animare ad regnum celeste, cum octo recensueret beatitudines, hanc inter ceteras de pace non tacuit. Sed dixit. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Pacifici sunt enim christi, qui a dissensionibus et discordie scandalo separati, dilectorem caritatis fraterne, et pacem ecclesie, sub catholice fidei.

Lapitulum

III

Vnitate custodiunt. Quam pacem dñm esse daturū dñvid aī
testatus est dicens. Audiam qd loquāt in me dñs deus. qm
loquetur pacem in plebem suā. et sup scđos suos. Et in eos
qui pueruntur ad cor. De qua pace custodienda. apls nos **Apls**
monet dicens. In oībus seruantes vnitatē spūs. in vinculo
pacis. Et iterū. Pax dei que superat oēm intellectū. custodi
at corda et corpora vestra a malo. Nichil em tam necessariū
seruis dei. tam salutare ecclie. qj caritatem seruare; et pacem
diligere. Sine qua deum videti non posse ad hebreos apls
dicens. Ante oīa diligite pacem. sine qua nullus vides
re dñ poterit. Vñ omni studio ac deuotioe seruare pacem
couenit. et eos qui a pace dissentient. ad vnitatem et carita
tem reuocare. Exemplo pp̄be. qui ait. Cum hījs qui oderūt
pacem erā pacificus. Pax multa (dicit idem pp̄ba) diligen
tibus te. et nō est illis scandalum. Ponā in pace filios tuos
(inquit dñs p̄ esayam) et in equitate edificaberis. Si filius
dei ad hoc carnem suscipe et pati dignatus est. vt pacificaret
nos deo p̄ sanguinem crucis sue fm q̄ apls retulit. p̄ oīa pa
cisci esse d. beīm. vt vere dñ pacis in nobis habere mereas
mur. Scriptū est em: factus est in pace locus eius. Et habita
tio eius in syon. idest in aia speculatiua. dñ p̄ ptemplatōem
vidente. Prestāta aut̄ pacis ex eo potissimum claret. Quia nō
solum est actus interior maxime virtutis theologicæ. vēz cari
tatis ut p̄dictū est. Sed etiā est vna de octo beatitudinib⁹
precipua. Et fm augustinū sic est actus p̄st. ntissimi doni ha **Amb.**
bitualis spūscti. videlicet sapientie. Et fm ambro. sup luē. sup lucā
sic est actus maxime virtutis cardinalis. sc̄i iusticie. Inqntū
importat pfectōem actus vel sapientie vel iusticie. Que sunt
quidam habitus a deo infusi. Dono puipe sapientie beati
tudo de pace correspōdet. Quia sapientia pacificos respicit.
in quibus nullus motus est rebellis. sed oēs obtempcrant
rationi. Et rō in vere sapientibus in oībus obtempat deo
Vnde in eis inuiolabilis pax cum deo et primo p̄severat.
Etiam virtuti iusticie pax correspōdet. fin illud yiae. xxx. **Justus**
Opus iusticie pax. Justus em est. Qui recte viuit. neminem ille est
ledit. Et ius suum cuiq̄ tribuit. Pacificus vero recte viuit.
Quia pacem pectoris in seipso custodit. Neminc ledit. Quia
caritatem et pacem cū primo nō infringit. Ius suū cuiq̄ tri
bū

Fedus christianum

buit. Reddens que dei sunt deo. Et que cesaris cesari. Et quia par maxime virtuti theologicce. Maxime virtuti morali. Et maximo dono spissanceti est copulata. Ex eis ut actus ex habitibus scaturiens: Ideo maximu[m] ei p[ro]m[un]dum p[er]mittit. scz filiatio dei Dicente domino Mathei. v. Beati pacifici. Q[uod] in filij dei vocabuntur Sunt autem tria que faciunt hominem filium dei. Primo fides formata. Job. i. dedit eis potestatem filios dei fieri hi qui credunt in nomine eius. Secundo caritas perfecta: Math. v. Diligite inimicos vestros et ceteri. Ut sitis filii patris vestri. Tertio pacis p[ro]cordia: sicut illud Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Tales pacem diligentes christo sunt similes summi christi. Qui est pax nostra: et fecit ut regnus nunc summa p[ro]p[ter]am: Vnde quia summa augustinus in deo est summa quietis: et nil res pugnans. Vnde summa christi. Pacifici dicuntur. qui nec odiunt. nec litigant: sed litigantes. et discordantes ad pacem exemplo christi reducuntur: Huius recte vocantur filii dei: Quia unigenitus filius dei hoc opus fuit: congregare dispersos et pacificare contraria prelantia: Illud etiam adjiciendum est quod pax non solum est actus p[ro]stantissime virtutis theologicae: vices caritatis: Et excellentissime virtutis cardinalis ac moralis: scz iusticie: Et maximi doni spissanceti. scz sapientie. Sed etiam inter fructus spiritus enumerantur ab apostolo ad galatianos. v. Dominus dicit. Fructus autem spiritus est Caritas. Gaudium. Pax. Pacientia. Benignitas. Bonitas. Longanimitas. Mansuetudo. fides. Docilitas. Continentia. Castitas. Est autem pax fructus spiritus inquantum in actu suo virtuoso habet delectationem annuerat. qua si am spirituoliter reficit: et suauiter delectat: Hic fructus ex eo p[ro]ciosus monstratur: Quia cerebrum in ore filii dei in vita. in morte. et post mortem fuit inuentus. Hic fructus triplicem habet virtutem: Primo filio dei per imitacionem assimilat: qui dicitur Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur: Habent enim pacifici tale officium in terris. quale officium habet filius dei in celis: qui pacificauit et reconciliauit nos deo patri: Sed et fructus locum deo preparat. Si enim habes hunc fructum. habes deum ad coniuicium tuum. Dominus paulus ait. Pax vobiscum habete: et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. Tertio hic fructus eternam quietem donat: ideo ysaia ait. Erit sabbatum ex sabbato. Qui enim pacem in hoc vita diligunt. in su-

Christo.

Apol.



Lapitulum

V.

tuo seculo eam in eternum possidebunt. Vnde dominus per os ysiae p̄p̄be. c. xxij. dicit. Sedebit populus meus in pueritudine pacis. In tabernaculis fiducie. Et in requie opulenta: rē.

Lapitulum quintū. De inductiis ad pacem.

Decim omnia appetunt: inquit augu. xix. de ciui. dei: Obi hoc multis p̄bat exemplis. Ideo nāq̄ Aug. bellū (qd̄ naturaliter omnes abhorrent hoies) geritur: vt ad pacem, cunctis mortalibus optabi lem pueniat: vt dici. xviij. q. j. Militare. Sunt aut̄ multa ad pacē inductiua. Sc̄s natura, figura, Scriptura, Gratia Eḡlia prūno ad pacem nos inducit natura. Vdēm⁹ Ad pacē quippe q̄ pulcrrimo ordine sumus ille oīm opifex, federa- inducit rerū necit. Ita vt elementa supiora, inferiora, quasi in ḡre natura mio quodā foueant. Elementata ex elementis quasi mater- nis ex yberibus virtutem suā sugant atq̄ recipiant. Orbēs celestes superiores, inferiores indissolubili federe circueat atq̄ amitiant. Regio etherea, regioni elementari, vīm atq̄ efficacia m sedulam, tam per lumen. q̄ per influentiam pre- beat. Vnde et philo. j. metheoroz dicit. Regio superior re- gioni elementari contigua est, vt tota virtus eius inde gu- bernetur: Interroga itaq̄ lumen nature et docebit te, quō viuas in lumine gratie. Secundo ad pacem nos indu- cit figura. In figuram pacis et federis tenacissimi, vīgeni- tūs dei filius a regalibus sedib⁹ in hunc mundum venit: et humānum genus, q̄ peccatū primorum parentum, a suo conditor e viduatum, per suā passionem saluificam sibi in- dissolubili federe reconciliauit, vt consorciū felicitatis sue exfructu passionis yberrimo mereretur: Claram cernimus in xp̄o pacem figuratā, si pensemus q̄ ipse est caput, et nos membra. Et q̄ lumen vnius capitū mēbra. Unius em̄ cor- poris mēbra indissolubilem ac se plonantia habent. Vide- mus in corpe huāno integerrimā membrorū oīm p̄cordiā, Vno lāguente alia ppaciunt. Et sanguinē magis p̄stabilem- vtei subueniāt, de corde et alijs p̄tib⁹ corporis eidem transmis- tunt. Unū corp⁹ multi sumus, oēs q̄ in vna ecclesia dei degi- m⁹: Dēs q̄ in vno impio militam⁹. Unū de mutuis, p̄fectib⁹, q̄m̄ p̄gratulatōem de mutuis defectib⁹, coēm̄ cōpassiōem:

b. iiiij.

Fedus christianum

babere debem⁹. Vnitatem diligere debemus ⁊ pacem. Ob hoc etem⁹ deus optimus est. quia si ita dici potest vniuersim⁹ est. Et ideo quelibet res est quia una et singularis est. Si ab unitate recedit. esse desinit. Ut patet in divisione aie et corporis. Ita puncta faciunt hōiem. dissolutūt hōiem. Vnitatem nobis multipliciter cōmendat augu. super illud euangelicum. porro vnu est necessarium dicens. Unū cogitate fratres mei. Et videte in ipa multitudine si delectat nisi vnum. Ecce deo p̄pitio. q̄ multi c̄llis. Quis vos ferret. nisi vnu sacerdos. Da vnu. et ppls est. Tolle vnu. et turba est. Quid autem est turba nisi multitudo turbata? Sed audite apln. Obscurro vos fr̄es. multitudini dicebat. sed omnes vnu facere volebat. ut idipm dicatis oēs. et non sint in vobis scismata. Sitis autē perfecti in eodem sensu. Et in eadem scientia. Et in alio loco dicit. Vnanimes vnu sentientes. nichil p̄ contentōem. neq̄p inanem gloriā. Et dñs ad p̄fem de suis ait. Ut sint vnu. sicut et nos vnu sumus. Et in actibus aploꝝ. Multitudinis autē credentiū erat cor vnu. et aia vna. Ergo magnificate dñm meū. et exaltē nōmen eius in idipm idest in vnu. Qm̄ vnu est necessariū. Videte nobis p̄mendari vnitatem. Trinitas est de⁹ noster. Pater nō est filius. filius nō est pater. Sp̄us etū nec pater est. nec filius. sed amboꝝ sp̄us. Et tamen illa tria non tres dij nō tres omnipotentes. Sed vnu deus oipotens. Ipsa trinitas vnu est deus. Quia vnu est necessariū. Ad hoc vnu non p̄ducimur. nisi habeamus cor vnu. Pudeat ergo hōiem ab unitate recdere. et discidia amplecti. que etiā fera detestant animantia. Raro cernis inter imanissimas belugas. p̄ares sui generis trucidare. Sed instinctu quodā naturali le mutuo diligunt et defendūt. Bestia bestiā p̄tegit. Et homo hōiem p̄parem sibi. ad imaginem dei creatus. similitudine dei insignitus. heu bestia truculentior occidit. Sed horreat. Quia languis necati hois celos penetrat. et in auribus altissimi sonore atq̄ clamare nō cessat. Interroga iumenta et bruta animātia despite viuentia in lumine nature. Et docebunt te quō rite viuas in lumine ḡre. vt deuenias ad lumen ḡle. Si penses q̄nta mala gignat discordia facile videbis q̄ntum diligenda sit Pax. Va. et q̄d detectāda sin ⁊ bella ⁊ homicidia. Que gignit

Aug.

Apls

Actu um
aploꝝ

Lapitulum

V

ppillos et viduas, et non modo substantia terrena eliminata
verum etiam salutem corporalem et spiritualem exterminat. Hinc
est et psalmista ad dominum clamat Dissipa gentes que bella pœta
volunt. Inter ea que odit dominus de quibus scribitur puer. vi. Odit deus
septimum est, quod detestatur aia eius: Videlicet eum qui semper discordia
nat inter fratres discordias. Per hanc enim tunica domini inconsutus as semper
lis, id est unitas ecclesie scanditur. Nam sicut corpori humano naturam
nil magis nocet, quam continuitatis eius diuisio, ita nil magis
nocet corpori christi mystico, id est ecclesie. quam unitatis eius per
discordiam separatio. Per quam homo deo redditus exodus,
ita per munera eius respuit. Vnde Cyprianus dicit, ait, Neque
ad caym respexit dominus, neque ad munera eius. Quod enim deum
pacatum habere poterat, qui cum fratre non pacem sed zeli discor-
diam habebat. Et eadem dicit. Oblationes dissidentium
fratrum, neque in sacrario, neque in gaudophilatio recipiantur. Glosa
Cum odium eorum est apertum et notorium. Et dicit, xlviij, dicit,
Seditionarios statuimus nunc ordinandos, per discordiam
destitutus politicus status, et pacificus conuictus.
Exemplum habemus in civitate romana: que impium totius
orbis facta fuit. Sed discordia ac bellis ciuilibus exagitata
post innumeratas cedes, impio spoliata est. Obi dictum christi
infallibile impletum cernimus. Omne regnum in se divisum de-
solabitur. Non est pestis ad nocendum grauior, quam inimicitia
intranea. Si iuicem mordetis inquit apostolus videte ne ab ini-
cione pluimamini. Per discordiam christus rex pacificus prodidit.
Vnde beda, q. q. iii. c. abiit, ait, Qui societatem fraternitatis
aliqua peste discordie contaminant, christum proculunt ut iudas.
Seruum itaque solliciti iuxta doctrinam apostoli unitatem spiritus
in vinculo pacis. Tertio ad pacem nos inducit scriptura
et ratione. Ideo enim iura ciuilia et canonica sunt edita, ut imperia
discordantium reprimant procatia. Et in pace electorum degat
inocentia. Nil aliud clamat lex moysaea et euangelica, quam ut
discidia vitemus, pacem et concordiam amemus. Primus omnium
et maximus mandatorum, est de pace concordia et dilectione cum deo
et primo. Nullum remedium efficacius inquit augustinus, ad sanandum
vulnera mentis, quam dilectio. Que etiam usque ad inimicos
debet pretendi. Vnde salvator in euangelio, Dicitum est
antiquis diliges amicum tuum, et odio habebis inimicum.

Lipri

Glosa

Beda

Scriptura

raindu

citad pa

cem ser-

uandam

Fedus christianum

Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros. Benefac te hijs qui vos oderunt. Ut sitis filii patris vestri qui in celis es. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Et pluit sibi gratios et ingratios. Grande exemplum habemus in humani generis salvatore christo iesu. qui dum inimici essemus. reconciliauit nos deo in sanguine suo. Et mortuus est iustus pro iniustis immo pro inimicis. ut nos offerret deo Deus gloriolus qui legem populo israel dedit. eam cum onere suo ad christianos transstulit. Unde nemo ambigat. quin deus tot calamitatibus populi iudaicu attrivit. quia transgressione legis dei. pacem cum deo et primo violavit. Et ideo populus christianus quotidie iam pestilentia. iam fame. iam pululat atque ulceribus. iam bellis et cladibus affteritur. tempestati cuique affligitur. atque in captiuitatem infidelium redigitur. quae legem dei quotidie violat. pacemque debitam cum deo et proximo non seruat. Audiamus plagas transgressorum legis dei et violatorum pacis. Et permissiones obseruatorum legis ac pacis cum deo et primo. Dicit enim moyses sententia tertia deuterio. xxviii. Si audire nolueris vocem domini dei tui. ut custodias et facias omnia mandata eius. venient super te et apprehendent te omnes maledictiones iste. Maledictus eris in civitate. Maledictus in agro. Maledictum horrum tuu. Et male dicte reliquie tue. Maledictus fructus ventris tui. Et fructus terre tue. Armenta boui tuorum. Et greges oviuum tuarum. Maledictus eris ingrediens. et maledictus egrediens. Celi quo supra te erit tibi enemus. Et terra quam calcas ferrea. Mitteret dominus super te famem et esuriem. adiungit tibi dominus pestilentiam. donec plumar te de terra. Percutiet te dominus egreditae. sebie. sanguinem. et ardore. et aere corrupto. ac rubigine. et persequetur te. donec pereas. Tradet te dominus corrumptem ante hostes iros. Et perynam viam egredieris per eos. et per septem fugias. Et dispergeris in omnia regna terre. Et erit cadaver tui in escam cunctis volatilibus celi. et bestiis terre. et non erit qui obigat. Percutiet te dominus ultere egypti scabie quoque et prurigine. ita ut curari nequeas. Percuciet te dominus amentia et cecitate ac furore mentis et. Omnitque calumniam sustinebis et opprimeris violentia. nec habebis qui liberet te. Orore accipies et aliis dormiet cum ea. Domum edificabis. et non habbi

Plage legis transgressorum et
deutero. xxviii.

Lapitulum

V

tabis in ea. Plantabis vineam, et nō vindemias eam & filii tui et filiae tue eradent alteri populo videntibus oculis tuis: fructus terre tue, et omnes labores tuos, comedet p̄ls quē ignoras. Et eris semper calumniam sustinens, et oppressus cunctis diebus, stupens ad terrarem eorum, que videbunt oculi tui. Percutiet te dñs vlcere pessimo in genibus et in suris, ita ut sanari non possis, a planta pedis usq; ad verticem. Ducet te dñs in gentem quā ignoras tu et patres tui. Et eris in puerbium & fabulam oībus p̄plis ad quos introducet te dñs. Sementem multam iaties in terrā; et modicū congregabis. Quia locuste deuorabunt omnia. Vineam plantabis et fodies, et viuum non bibes, nec colliges ex ea quippiam, qm̄ vastabitur vermis. Dñs arbores tuas et fruges terre tue rubigo consumet. Aduena qui tecum versatur in terra, ascendet super te eritq; sublimior. Tu autē descendes, et eris inferior. Ipse erit in caput. Et tu eris in caudam. Et venient super te omnes maledictiones iste, et p̄sequentes app̄hendent te, donec interreas. Quia non audisti vocem dñi deitui. Nec seruasti mandata eius que p̄cepit tibi. Et erunt in te signa atq; pdigia: et in semine tuo, usq; in sempiternū. Seruies inimico tuo, quem inmittet tibi dñs. In fame & siti et nuditate, et in omni penuria. Et ponet iugum ferreū super cervicem tuam, donec te conterat. Adducet dominus super te gentem de longinquō, & de extremis terre finibus, in similitudinem aquile volantis cū impetu. Cuius lingua intelli- gerenon possis. Gentem pro cacissimam, que non deferat seni, nec misereatur parvuli, et deuorabit fructus iumentorum tuorum, ac fruges terre tue, donec interreas. Et non reslinquet tibi triticū, vinum, et oleum, armenta boum, et greges ovium, donec te disperdat et coiterat, in cunctis urbibus tuis. Et destruantur muri tui firmi atq; sublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Obsidebis intra portas tuas in omni terra tua. Et comedes frustum yteri tui, et carnes filiorum tuorum, et filiarū tuarum, quas dederit tibi dominus deus tuus in angustia et vastitate, qua opprimet te hostis tuus. Homo delicatus in te et luxuriosus, valde iniudebit fratri suo, et uxori que cubae suis suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum, quas:

Fedus christianum

comeder: *Eo q̄ nichil aliud habeat in obsidione, et penuria;* quia vastabunt te inimici tui: intra oēs portas tuas: *Tene-*
ra mulier et delicata, que super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere. *pter molliciem et teneritudine*
miniam, invidebit viro suo, qui cubat in sinu eius, sup filiū
et filie carnibus, et illuuiie secundinarum, que egrediuntur
de medio feminū eius: et sup libertę qui eadem hora nati sunt
Lōmedent em̄ eos clam; ppter rerum oīm penuriā: in obsi-
dione, et vastitate, quia opp̄met te inimicus tu⁹ intra portas
tuas. *Hec oia et alia mala in loco balligato de scripta euens*
unt trāsgressorib⁹ legis dei et violatorib⁹ pacis ac dilectoris
cū deo et primo: Tota em̄ lex in pace ac dilectione fundatur,

At contra qui legem dei custodiunt: et pacem ac carita-
tem inviolabilem (in qua tota lex pendet et prophe) cū deo
seruant et primo, benedictōes infra scriptas asseverant, que
sententialiter deuterō, xxviiij, recensent. Benedictus eris in
ciuitate Et b̄dictus in agro, Benedictus fructus ventris
tui: et fructus terre tue: fructus q̄ iumentoz tuoz, greges ar-
mentoz tuoz, et caule ouium tuarū. Benedicta horae tuae
Et benedice reliquie tue. Benedictus eris ingrediens et
egrediens. *Dabit dñs inimicos tuos, qui cōsurgent aduers-*
sum te coruentes in cōspectu tuo. Per vnam viam venient
contra te. Et p septem fugient a facie tua. *Emitte dñs bene-*
dictionem sup cellaria tua, et super ola op̄era manū tuarū. Abundare te faciet dñs omnibus bonis, fructus vteri tui: et
fructu iumentoz tuorū, et fructu terre tue. Aperiet dñs the-
saurum suum optimū, celum ut tribuat pluviā terre tue, in
tpe suo. Benedictetq; cunctis op̄ibus manū tuarum. Con-
stituet te dñs deus tuus in caput et non in cayclam. Et eris
semper supra et nō subter. Si tamen audieris mandata dei
tui, que ego precipio tibi, et custodieris, et feceris. *Ac nō di-*
clinaueris ab eis, nec ad dexterā nec ad sinistrā. Sed invio-
labilem pacem ac caritatem in lege preceptā, cum deo et p̄ i-
mo seruaueris. Quarto ad pacem nos inducit gratia.
Est enim gratia fīm aug. Lux anime, faciens hoīem pec̄ mī
suum agnoscere, et deum sup̄ oia diligere, et illi firmiter ad-
herere. Ille autem deum vere super oia diligit, et ei tena ter-
adheret, qui inviolabilem pacem cū deo et proximo seruā-

Gratia
inducit
ad pacē

Lapitulum

VI

